


Der Konjunktiv Imperfekt

De Hydra

Olim monstrum crudele Hydra nomine ab Iunone in Graeciam missum est, ut Herculem perderet. Illa enim dea tanto odio in filium Iovis mariti afficiebatur, ut ei omnibus modis detrimento esset.

Hydra, quae in paludibus¹ habitabat, hominibus bestiisque terrori erat. E corpore eius foedo capita duodecim serpentium surgebant², quae spiritum pestiferum³ mittebant in omnes, qui appropinquabant. Hercules ab Eurystheo rege incolis auxilio missus cum Iolaos, Iphiclis fratris filio, qui saepe eum comitebatur⁴, ut ei in periculis adesset, paludi appropinquavit. Incolas eius regionis procul manere iussit, ne detrimentum caperent.



Heracles und Iolaos im Kampf mit der Hydra
Etruskische Vase (6. Jh. v. Chr.)

Hydra statim advolat. Duodecim capita surgunt, ut spiritum pestiferum in viros mitterent. Hercules spiritum tenet, ne veneno afficeretur, et clava gravi⁵ capita monstri contundere incipit. Dum ita pugnat, cancer⁶ ingens ab Iunone Hydrae auxilio missus brachia⁷ acris⁸ in pedem Herculis inicit⁹; vir fortis dolore vexatus eum ictu¹⁰ calcis¹¹ necat. Iam Hercules se victorem fore putabat, cum Iolaus clamavit: »Desinamus pugnare, Hercules! Quamvis¹² multa capita contundas, numerus eorum non minuitur. Ecce: Identidem¹³ capita alia crescunt! Hydra insuperabilis¹⁴ est!«

Qua re viri fortes pedem referre coacti sunt, ut spiritum traherent deliberarentque. Iolaus: »Quid faciamus? Nisi capita semper denuo crescerent, labor noster facilis esset. Quo modo impediamus¹⁵, ne crescant?« Hercules, postquam multa secum volvit¹⁶, »Affer«, inquit, »arbores inflammatas¹⁷, Iolae! Exure¹⁸ vulnera, quae ego huic bestiae attulero! Eo modo impediamus, ne capita crescant.«

Ita faciunt: Pugna renovatur¹⁹, Hydra tandem vincitur. Caput ultimum, quod immortale erat, sub magno saxo abdiderunt²⁰. Tum Hercules sagittas suas sanguine Hydrae pestifero imbuit²¹.

Adnotationes

1 palus, paludis (f) – Sumpf, Moor | **2 surgere (surgo, surrexi, surrectum)** – aufstehen, sich erheben, emporsteigen | **3 pestifer, pestifera, pestiferum** – Verderben bringend, mörderisch, unheilvoll | **4 comitari (comitor, comitatus sum)** – begleiten, verbunden sein | **5 gravis, grave** – schwer, groß | **6 cancer, cancro (m)** – Krebs, Krebsgeschwür | **7 brachium, i (n)** – Unterarm, Zweig, hier: Schere des Krebses | **8 acer, acris, acre** – scharf, spitz, durchringend | **9 inicare (inico, inieci, inieci)** – verursachen, hervorrufen, bewirken, einjagen | **10 ictus, ictus (m)** – Schlag, Stoß, Biss | **11 calx, calcis (m/f)** – Huf, Ferse, Fuß, Fußtritt | **12 quamvis** – wenn auch noch so viel | **13 identidem** – wiederholt, mehrfach, immer wieder | **14 insuperabilis, insuperabile** – unüberwindlich, unbesiegt | **15 impedire (impedio, impedivi, impeditum)** – hindern, verhindern, hemmen | **16 volvere (volvo, volvi, volutum)** – rollen, lesen, erwägen, bedenken | **17 inflammare (inflammo, inflammavi, inflammatum)** – in Brand setzen | **18 exurare (exuro, exussi, exustum)** – ausbrennen, austrocknen lassen | **19 renovare (renovo, renovavi, renovatum)** – wiederherstellen, erneuern | **20 abdere (abdo, abdidit, abditum)** – verbergen, verstecken | **21 imbuiere (imbuo, imbui, imbutum)** – erfüllen, benetzen, tränken

